



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXXII. Lætatus sum in his, quæ dicta &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Dicitur dicitus ipsius tem pro forma sed contra sententiam A latere assitens, istibi dexter adest.
non potest ser uer ser uer non dicitur Ne calor aut humor noceat tibi nocte die*ne*:
moni dicitur Ne sol sit capiti luna grauius*ne* tuo.

Dicitur hoc beach pro forma Prestat te saluum pater, a discrimin*e*, prestat,
beach all*em* non dicitur Ut tua sit semper libera vita, graui.

Dicitur hoc beach Sicut tuus introitus post hac, ut & exitus, vni
dicitur vni*jung*, vni*jung*, vni*jung*, vni*jung* Custodi cura tempus in omne Deo.

PSALMVS CXXII.

Jesu Christu*m*is Iesu Lettatus sum in his, quae dicta &c.
Hoc dictum Domini est mihi certa ac magna
voluptas,
Quod ciuis clara factus in urbe Dei.
Et meus en iterum pes gressus tendet ad urb*is*
Ostia sacra: ego sum seruus in a*de* Dei.
Instaurata piis Solyma sunt mœnia tandem:
Ut se sanctorum congreget agmen ibi.
Ascendent illic cuncti de stirpe Iacobi,
Ut populo enumerent acta stupenda Dei.
Quippe ibi iudicii locis est, positumquez tribunal,
Atque ibi laude domus clara Davidis erat.
Sit benedicta domus laudabilis illa Iebou*a*:
Omnes qui Solymis ista precantur, ouent.
In proprietate Iesu Christi, ut missa no[n] regrediat. In die dig*nitatis* Iesu.

Inq̄ tuis bona pax sit mænibus, incola magnus,
Sit tua successus, curia plena, bono.

Ac ut contingat sors fratribus ista propinquis,
Ipse tu apaci consuluisse volo.

Vtq; domus Domini semper sic prospera crescat,
Non parcens studio, sedulus istud agam.

PSALMVS CXXIII.

Ad te leuaui oculos meos, &c.

A D te, summe parens, oculos miser eleuo mæ-

Incola qui cæli regia sceptra tenes. (stos,

Sicut heri iussum seruus stat ad omne paratus,

Et famula ad dictum præcientis heræ:

Sic etiam adspiciunt Dominū mea lumina, donec

Præsidium ipse mihi mittat opemq; suam.

Ah miserere, pater, nostri: succurre relicis,

Ludibriis vexat quos animosa cohors.

Divitis opprobrio qui subsannante grauamur,

Quos tumido fastu scis sine fine premi.

PSALMVS CXXIIII.

Nisi quia Dominus erat, &c.